II k
798

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-393255-p0001-0

B. h. II, 359a
h. 70, b.

Q. D. B. V.

# THESES IVRIS CONTROVERSI IN DOCTRINA DE PIGNORE ANTICHRETICO

PRAESIDE

GEORGIO FRIDERICO KRAVSIO D

CODICIS PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO CVRIAE PROVINCIALIS CONSISTORII ECCLESIASTICI SCABINATVS ET FACVLTATIS IVRIDICAE ASSESSORE

D. XXI. MARTII A. R. S. CIↃ IↃ CC LXVI.

IN AVDITORIO MAIORI

PVBLICE DEFENDET

FRIDERICVS GOTTLOB HANACCIVS

VITEMBERGENSIS

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

*WITTEBERGAE,*

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII ACADEMIAE A TYPIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-393255-p0003-2

## THESIS I.

Non videntur errare interpretes, qui antichreſin contrarium uſum vocant.

diſſentit CLAVDIVS SALMASIVS *de modo uſurarum cap. XIV.* et ARNOLDVS VINNIVS *Select. iuris quaeſtionum, Lib. II. cap. VII.* conf. *L. 10. §. 1. D. de uſu et habitat.*

## Theſis II.

Eſt antichreſis tacita, ſi res frugifera pignori datur, non reſervatis fructibus, tametſi mutuum accipiens uſuras non expreſſe promiſerit.

diſſentit VINNIVS *cit. loc.* nec non HENRICVS COCCEIVS *in iure civ. controuerſ. L. XIII. Tit. VII. qu.* 4. Sed vid. *L. 8. D. in quibus cauſ. pignus vel hypotheca tac. contrah.* add. CVIACIVS *Obſervat. L. VIII.* cap. XVII.

## Theſis III.

Poteſt quidem antichreſis etiam ſine iure pignoris exiſtere; attamen regulariter ex conſtitutione antichreſeos praeſumenda eſt conſtitutio pignoris tacita.

conf. LAVTERBACHII diſſertatio *de iure antichreſeos*, *ſ. XXIII.* arg. *L. 114. D. de regulis iuris.*

The-

## Theſis IV.

Poſſeſſor praedii antichretici iure civili quidem immunis non eſt a cautione pro expenſis in iudicio praeſtanda. Ratio tamen, quam ſuppeditat ANTONIVS FABER ad L. 15. D. *qui ſatisdare cog.* quia ſcilicet ius creditoris, pecunia quandocunque ſoluta, facile ſolvatur et extinguatur, ſolida non eſt.

conf. *dict. L. 15. ſſ. 7. D. qui ſatisdare cog.*

## Theſis V.

Nec expreſſa, nec tacita antichreſis expirat, quamvis fructus hactenus percepti ſortem iam aequaverint.

diſſentiunt permulti, praeſertim quod ad tacitam attinet antichreſin vid. LAVTERBACHIVS cit. diſſ. *de iure antichreſeos ſſ. LX.* add. *Nov. CXXI. cap. I. et II.* iung. tamen *L. 10. C. de vſuris.*

THE-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-393255-p0007-4

## Thesis VI.

Durante bello conſtituta in praedio, cuius fructus incerti ſunt, antichreſis, non infirmatur, tametſi recuperata poſtmodum pace fructus praedii maiores exiſtant.

vid. A LEYSER *Medit. ad Pand. Spec. CLVII. med.* 2. et ibi excitata *L.* 17. *C. de uſuris*, nec non arg. *L.* 22. *ſſ.* 3. *C. de furtis.*

## Thesis VII.

Etiamſi fructus praedii antichretici ſint incerti, creditor tamen onus reddendarum rationum ne iure quidem communi evitat, ſiquidem debitor probet, fructus illos ordinarie multum excedere ſolere legitimum uſurarum modum.

obſta-

obſtare videtur *L. 17. C. de uſuris;* Sed vid. A LEYSER *cit. Spec.* med. I. et WERNHERVS *obſervat. Select. for. P. VII. obſ. CXV.*

## THESIS VIII.

Cautio illa, quam complures commendare ſolent, ut, ad praecidendas lites de fructibus et exceſſu uſurarum, loco conventionis antichreticae ſubſtituatur contractus retrovenditionis, ea lege, ut penes venditorem remaneat periculum rei, fere inanis eſſe videtur.

Commendat iſtam cautelam inter alios STRYKIVS *in cautel. contract. Sect. II. cap. IV. ſſ. XXV.* et LVDOVICI *in doctr. Pand. L. XIII. Tit. II. ſſ. VIII.* Sed conf. c. 5. X. de empt. vend. c. 4. X. de pignor. et REFORMATIO POLITICA IMPERII *de anno 1548.* Tit. XVII. iung. *tit. Cod. plus valere quod agitur, quam quod ſimulate concipitur.*

THE-

QK II k 798

## Theſis IX.

Similiter illa quoque cautio, quam probat A LEYSER *Med. ad Pand. Spec. CLVII. coroll. un.* ut ſcilicet creditor fundum antichreticum conducat a debitore, ac mercedem cum uſuris compenſet, non ſatis tuta eſt, ſi antichreſis conſiſtit in praedio ruſtico.

vid. *L. 14. C. de uſuris;* quae lex tantum de inhabitatione domus vice uſurarum agit.

## Theſis X.

Pignus antichreticum quod uxori creditrici conſtitutum eſt a debitore, licet illud in re conſiſtat immobili, tamen poſt mortem uxoris pertinet ad hereditatem mobiliarem mariti.

argumenta quae pro hac ſententia, et contra eam faciunt, ſuccincte exponit A LEYSER *Medit. ad Pand. Spec. XXVI. med. III.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-393255-p0010-0

ULB Halle 3
007 432 836

VD18

MC.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-393255-p0011-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-393255-p0012-1

Q. D. B. V.

# IESES

ROVERSI IN DOCTRINA

DE

# ANTICHRETICO

PRAESIDE

O FRIDERICO

AVSIO D

RE PVBLICO ORDINARIO CVRIAE
NSISTORII ECCLESIASTICI SCA-
FACVLTATIS IVRIDICAE
ASSESSORE

TII A. R. S. CIↃ IↃ CC LXVI.

ITORIO MAIORI

BLICE DEFENDET

GOTTLOB HANACCIVS

VITEMBERGENSIS

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

VITTEBERGAE,
AROLI CHRISTIANI DÜRRII
ADEMIAE A TYPIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-393255-p0013-7